



Handwritten text on the spine, possibly including the title or author's name.

EJEN

A. 2. 443
Luther

nebst 4 andern Verfass.

(A-5)

PK(2)



Sammlung interessanter

alters Katakismen!

Die beiden ersten Megden
bürger Katakismen.

CORPVVS=
CVLVMDO-
CTRINÆ
SANCTÆ.

Pro Ecclesijs & Scholis in
Episcopatu Pome-
zaniensi.

Per

D. IOHANNEM
Wigandum Episcopum
Pomezaniensem.

Regiomonti Borussiae, typis
Georgij Otterbergeri.
Anno 1576.



PHILIPPO
CATORIS

Quis ab alio bonis
utrum tu pro simpliciorum
capita dicitur
locutus sancte dicitur
ter complectitur et per se pro
Catechismi non sicut facile tradidit
reperit ac recitari possit hoc corpus
culum Deo dante honoratum. Rationis
autem pietasque absumuntur in hoc
nostre, ut adulatorum Methodum
tam nostram in sua re scilicet necessitate
paulo plenius exposuit sunt postea re
gum cognoscere possent. Deinde autem
tem hinc Corpusculo nihil recte posse
scio. Quod vero plurimum potest fieri
ignotum. Sed quia simpliciorum hac
ob illa



PIOLE CTORIS.



Rogatus ab aliquot bonis uiris, ut pro simplicioribus Capita quaedam doctrinae sanctae breuiter complecterer, quae percepto paruo Catechismo Lutheri, facile tradi, disci, repeti ac recitari possent, hoc Corpusculum, Deo dante, adornauit. Retinui autem plerasque definitiones Methodi nostrae, ut adultiores Methodum illam nostram, in qua res scitu necessariae paulo plenius expositae sunt, postea rectius cognoscere possent. Detrahi autem huic Corpusculo nihil recte posse, scio. Addi uero plurima potuisse, non ignorauit. Sed quia simplicioribus hac

A Z opella

opella seruiendum erat, addere plura
mediocri sane iudicio, nolui. Sciolo
igitur amanter oro, ne hunc libellum
sua sapientia contaminent, ac sinant
simpliciores hac opella salutariter uti.
Dominus Deus, in hac senecta & in-
clinatione totius Mundi, semen san-
ctum in his etiam terris clementer
conseruet, quod Deum recte inuocet
& colat. Bene uale.

Wigandus.

**CORPVSCV-
LVM DOCTRI-
NÆ SANCTÆ.**

**Quis est finis hominis,
cur viuit?**

- I. **Ut pietatem ueram discat ex uerbo Dei, quo regeneretur, & Deum recte cognoscat & colat.**
- II. **Ut uocatione legitima se suosq; sustentet, & alijs quoq; officia pietatis & humanitatis exhibeat.**
- III. **Ut in coniugio liberos ad cultum Dei educet.**

**Ordinem agendorum hæc
Sententia docet.**

**Querite primum regnum Dei & Iustitiam
eius, & hæc omnia adicientur uobis. Matth. 6.**

**Corpusculum seu Methodus
doctrinæ, quid est?**

**Corpusculum doctrinæ Christianæ, est com-
pendium doctrinæ cœlestis de Articulis Fidei, & re-
bus Christiano homini scitu necessarijs, ex sacris
litteris collectum, & ad usum discipulorum accommo-
datum.**

A 3

CAPITA

DEFINE HOMINIS.
CAPITA PRÆCIPVA
doctrinæ Christianæ sunt.

1. De Verbo Dei.
2. De Deo.
3. De Creatione.
4. De Homine.
5. De Angelis.
6. De Peccato.
7. De Lege.
8. De Euangelio, & utriusque discrimine.
9. De Iustificatione & Fide.
10. De bonis operibus.
11. De Baptismo.
12. De Cœna Domini.
13. De Clauibus, & Ethnicis.
14. De Pœnitentia.
15. De Ecclesia.
16. De Invocatione.
17. De Cruce.
18. De Libertate christiana.
19. De Ceremonijs.
20. De Magistratu.
21. De Coniugio.
22. De Scandalis.
23. De Resurrectione & iudicio.

DE VERBO DEI.

I. CAPITULUM.

DE VERBO DEI.

Quid est?

Verbum Dei est doctrina, à Deo patefacta & tradita hominibus, de Essentia & Voluntate Dei, comprehensa Prophetarum & Apostolorum monumentis, per quam Deus efficax est, donat Spiritum sanctum, regenerat homines & saluat. Iohan. 17. Sanctifica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas.

Capita doctrinae caelestis sunt duo praecipua, nempe, Lex & Euangelium, Luca 2.

Discrimen inter doctrinam Ecclesiae & Ethnicam, quod est?

Ethnicorum doctrina, tantum est particula Legis de Deo & externis uirtutibus, quantumquidem eius in natura deprauata reliquum est. Ignorat autem Ratio humana doctrinam de Essentia Dei uera, & de Euangelio.

At Verbum Dei solidè docet de Deo, de peccatis, iustitia coram Deo, bonis operibus, Inuocatione, & uita aeterna.

Enthusiastae autem omnes repudiandi sunt.

AD I.

A 4

ILCA.

DE DEO.

II. CAP. VI.

DE DEO.

Quid est?

Deus est essentia spiritualis, aeterna, immensa
sapientia & potentia, iusta, misericors, libertatis,
Pater, Filius & Spiritus sanctus, Vnus Deus Essentia,
trinus personis, conditor & conseruator totius
Mundi & omnium creaturarum, colligens sibi certo
uerbo in genere humano, omnibus aetatibus Eccle-
siam, eamq; sanctificans, ut hic Deus tuum in hac, tum
in altera uita ab ea cognoscatur & celebretur.
Matth. 28. Euntes, docete omnes gentes, baptizan-
tes eos in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus
sancti.

Quot sunt Dñi?

Vnicus tantum est Deus, iuxta dicta Deut. 6.
Audi Israel, Dominus Deus noster, Deus unus est.
Esa. 44. Ego primus, & ego nouissimus, & praeter
me non est Deus.

Quot sunt personae di-
uinitatis?

Tres.

Tres Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ut verba Baptismi docent.

Pater, est prima diuinitatis persona, quæ ab æterno genuit Filium sibi coessentialem, & misit hunc filium in Mundum, ad salutem hominum. Psalm 2. Iohan. 6.

Filius, est secunda persona diuinitatis ab æterno genita à Patre, eiq; coessentialis & coomnipotens est, quæ tempore præfinito carnem humanam assumpsit ex Maria uirgine, & tradita est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustitiam nostram. Roma. 4. Iohan. 1.

Spiritus sanctus, est tertia persona diuinitatis, procedens à Patre & Filio, ministerium Ecclesiæ gubernans, & corda hominum sanctificans. Iohan. 20. Gal. 4.

Quæ sunt opera Dei præcipua

Quatuor ista. I. Creatio & sustentatio rerum. II. Redemptio generis humani per Christum. III. Collectio Ecclesiæ, & eius sanctificatio. IIII. Resuscitatio mortuorum, & Iudicium de eis.

Turcæ, Iudæi & aliæ gentes, errant in duabus rebus, nempe, de essentia & uoluntate Dei. De Essentia quidem, quia repudiant eum Deum, qui est

A S

Pater

DE CREATIONE.

Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Deinde uerò de
Euangelio nihil norunt, tantumq; particulam Lega
retinent.

III. CAPVT.

DE CREATIONE.

Quid est?

Creatio est opus Dei, quo cœlum & terram,
& omnes creaturas, omnipotenti suo Verbo condi
dit & conseruat, ut sese creaturis rationalibus potis
simum patefaceret, & ab ijs coleretur. Gene. I.
Hebra. I.

Adesse autem Deum operibus suis perpetuo,
hæc dicta testantur. Psalm 147. Qui operit cœlum
nubibus, & parat terra pluuiam. Qui producit in
montibus scœnum. Qui dat iumentis escam ipso
rum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Deut.
30. Ipse est uita tua, & longitudo dierum tuo
rum.

Interibit deniq; hic Mundus, ut Christus in
Matth. 24. quit: Cœlum & terra transibunt. Verba autem mea
non transibunt.

III. CAPVT.

DE FINIBUS

DE FINIBUS

DE CREATIONE
DE HOMINE
DE HOMINE.

Quid est? III

Homo est substantia, condita à Deo, constans anima & corpore, ornata imagine Dei imitio, sed tota substantia per peccatum horribiliter & spoliata & deprauata est, ac nascitur iam ex mare & scemina cum peccato. Regenerata autem per Verbum & Spiritum, Deo rursum seruit & saluatur: Non autem regenerata, Deo non seruit ac damnatur.

Imago Dei consistebat in quatuor I. In Sapientia rerum diuinarum & mundanarum, quantum quidem Deus, propter cultus diuinos, & uitam recte agendam, hominibus communicare uoluit. II. In Institia & integritate corporis & anima, liberoq; arbitrio. III. In dominio excellentie super animalia. IIII. In uita sempiterna & beata Gen. 1. 2 Eph 4.

Staus hominum quatuor sunt: I. Ante lapsum, Integritatis II. Post lapsum, Corruptionis III. Regenerationis, ex Verbo & Spiritu in Ecclesia. IIII. Glorificationis in uita cœlesti, qui erit perfectissimus. Gene. 1. Iohan. 3. 6,

DE LIBERO ARBITRIO.

Liberum

de
regia
m
di
rif
I.
10
um
in
0
III
0
m
m
0
m
0



DE LIB: ARBITRIO.

Liberum arbitrium hominis post lapsum, est facultas uoluntatis, res Rationi subiectas & ab ea iudicatas, aliquomodo apprehendendi & exequendi, uel repudiandi, nisi impediatur furore affectuum, aut a Satana. Estq; opposita coactioni, & naturaliter agentibus. In rebus uero spiritualibus & diuinis, non habet eam facultatem homo non renatus, ut grauissime Paulus asserit. I. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: Stultitia enim est illi: & non potest intelligere.

Liberum arbitrium renatum, est facultas per Spiritum sanctum & Verbum Dei accensa & gubernata, qua etiam spirituales res renati amplectuntur & prosequuntur, & contrariis repudiant. Sed illa facultas inchoata tantum est in hac uita. Perficietur autem in altera Ephe. 4. Ipsius opus sumus, creati per Iesum Christum ad bona opera, ad quæ præparauit nos Deus, ut in eis ambulemus. Damnandus igitur est Pelagianismus uetus ac recens.

V. CAPVT. DE ANGELIS.

Duplices sunt Angeli, Boni & mali, ut testatur historia sacra.

Boni Angeli sunt substantiæ spirituales creatæ a Deo, intelligentes, bonæ, liberæ uoluntatis, quæ intelligentiam

DE ANGELIS.

5.

gritatem & Iustitiam suam originale[m] retinuerunt, Ministerium suum erga Deum & homines summa fidelitate exequens. Hebre. 1. Omnes sunt ministrantes spiritus, in Ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Psal. 91. Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Mali Angeli sunt substantiæ spirituales, à Deo creatæ, intelligentes, quæ non retinuerunt integritatem & iustitiam suam originale[m], seseq; à Deo auerentes, in peccatum prolapsæ sunt, & factæ sunt hostes Dei ac totius generis humani. Gene. 3. Iudæ Epist.

Duo Diabolis tribuit Christus Ioh. 8. nempe, mendacia & homicidia. Et 1. Pet. 5. scriptum est: Aduersarius uester Diabolus tanquam leo rugiens circummit, quærens quem deuoret. Cui fortes resistite in Fide.

VICAPVT DE PECCATO.

21 Quid est in genere?

Peccatum est uel defectus, uel inclinatio, uel actio contra Legem Dei, offendens Deum, & commerens iram æternam, nisi fiat remissio propter Filium

DE PECCATO.

Fili in Meditatore. I. Iob. 3. Sic definitur: Peccat. in est. nomia, id est. d. si repantia & Lege.

Vnde est Peccatum?

A Diabolo & hominibus, & non a Deo. Gen. 3. Pjal. 5. Non uolens Deus iniquitatem, tu es.

Pœnæ peccatorum quæ sunt?

I. Depravatio totius Naturæ humanae, Gen. 3. Rom. 8.

II. Ira Dei in Lege expressa. Rom. 1.

III. Tyrannis Diaboli, Gene. 3.

IIII. Maledictio terræ, Gene. 3.

V. Mors, complectens omnis generis calamitates, huius uitæ & post hanc uitam, in non agentibus pœnitentiam.

Quotuplex est peccatum?

Duplex, Originale & Actuale, Rom. 5. 6.

Originale peccatum, est carentia iustitiæ & integritatis originalis, quæ primis hominibus à Deo erat data, & reatus propter lapsum eorum, ac depravatio horribilis in tota substantia hominum, quæ malè à primis parentibus in omnes posteros, naturali propagatione deriuantur, eo: q. reos iræ Dei & damnationis efficiunt, nisi per Verbum & Spiritum sancti regeneratio.

Psalmo

DE PECCATO. 6.

Psalmo 51. Ecce, iniquitatibus conceptus sum,
& in peccatis concepit me mater mea. **Roma 5.**
Per unum hominem peccatum in hunc Mundum
intrauit, & per peccatum mors, & sic in omnes ho-
mines mors pertransiit, eò quòd omnes peccave-
runt.

Damna peccati originalis quæ sunt?

- I. Ipsum peccatum originis, est horribilis depra-
vatio naturæ humanae. **Roma. 7.**
- II. Est featurigo quasi omnium interiorum &
exteriorum peccatorum contra Legem DEI,
Math. 15.
- III. Iræ Dei affert, & omnis generis calamita-
tes, **Roma. 5.**
- III. Æternam damnationem affert, nisi homo
regeneretur, **Iohan. 3.**

Prorsusne in hac vita à peccato

originis liberamur?

Minimè. Culpa enim seu reatus per Baptismum
aufertur. Et inchoatur renouatio per Spiritum san-
ctum. Sed non penitus expurgatur morbus seu lues,
in renatorum natura manens, **Rom: 8.** Nulla nunc
damnatio est in his, qui sunt in Christo Iesu. **Ibidem.**
Corpus mortuum est propter peccatum.

Actualia

DE PECCATO.

Actualia peccata, sunt peccati Originalis mali fructus, exteriores & interiores, contra Legem Dei, propter quos homo fit reus iræ Dei & aeterna damnationis, nisi per Christum gratuitam accipiat peccatorum remissionem. Matth. 7. Mala arbor malos fructus profert.

Dic aliam diuisionem.

Quaedam appellantur Mortalia, seu Regnantia peccata, quaedam uero Venialia, seu non regnantia. Roma. 6. Non regnet peccatum in mortali corpore uestro.

Mortalia peccata sunt, peccatum Originis in non renatis, & omnis generis malitiosi fructus peccati originalis, qui sunt contra conscientiam, & de quibus non agitur poenitentia. Rom. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini.

Venialia, seu non regnantia peccata sunt in renatis ac credentibus, reliquæ peccati Originalis, & omnis generis imbecillitates inde profluentes, externæ & internæ, quæ per se quidem dignæ sunt morte, sed pñ non delectantur ijs, & quotidie petunt de ijs quoq; peccatis remissionem à Deo propter Christum, & ope Spiritus sancti eis reluctantur. Roma. 8. Nihil nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu. Item: Si spirituales actiones carnis mortificaueritis, uiuetis.

Peccatum

DE LEGE DEI.

Peccatum in Spiritum sanctum est, Veritatem
diuinam per Spiritum sanctum agnitam, contra su-
am ipsius conscientiam, uerbis & factis finaliter
blasphemare.

VII. CAPVT.

DE LEGE DEI.

Quotuplices sunt Leges Dei?

Triplices. Moralis siue Decalogus, Ceremonia-
lis, Forensis. Nos iam moralem definiemus.

Lex Dei, est doctrina ab ipso Deo hominibus in
creatione prima insita, & postea in monte Synai ite-
rum parefacta & tradita, precipiens quæ facere, &
prohibens quæ omittere oporteat, requirens integram
& perfectam obedientiam, interiorem & extero-
rem, ex omnibus uiribus & membris hominis, &
damnans omnes, quotquot eam purissimam & ab-
solutissimam obedientiam non præstant. Deut. 27.
Maledictus qui non implet omnia uerba Legis, opere
perficiendo ea. Compendium autem huius Legis est
Decalogus. Exod. 20. Cuius enarratio extat in par-
te Catechismo Lutheri, huc pertinens.

Officia Legis seu usus
quot sunt?

B

Tres

DE VSU LEGIS DIVINÆ.

Tres. I. Ostendere obedientiam summam, ad quam omnes homines à Deo creati & obligati sunt. Exod. 20. Non iniqui cogitatio non obnoxiatio. II. Ostendere, accusare & damnare peccata interiora, & exteriora, contra primam & secundam tabulam commissa. Rom. 3. Lex est cognitio peccati. III. Nouam obedientiam normam credentibus ostendere, & reliqua in eis peccata & imbecillitates perpetuo arguere. Rom. 8. Debtores sumus. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.

Lex naturæ in hominibus corruptis, est particula Legis diuinæ, in animis hominum post lapsum adhuc reliqua, testificans, esse Deum remuneratorem iustitiæ, & uindicem peccatorum, complectens discrimen honestorum & turpium in secunda tabula potissimum. Nam Lex Dei fuit primis hominibus insita, Et postea in monte Synai iterum à Deo repetita est. Exod 19. 20.

Possuntne Renati in hac vita
implere Legem Dei?

Non possunt. Nam Lex Dei integerrimam & absolutissimam obedientiam, internam & externam flagitat. Rom. 7. Paulus inquit. Lex spiritus est. Ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato.

Tribus

Tribus autem modis Christus in nobis Legem Dei implet. i. Imputando nobis Legis impletionem a se factam, uoce Euangelij, quam Fide amplectimur. Roma. 7. Resoluta nobis integritate, perfectam Legis diuinae obedientiam, in uita coelesti praestabimus. Roma. 7.

VIII. CAPUT.

DE EVANGELIO.

Vox Euangelium, significat faustum ac laetum nuntium.

Quid est?

Euangelium proprie est doctrina dulcissima, a Deo patefacta, de gratuita remissione peccatorum ex misericordia propter Christi meritum, conscientijs ueram firmamq; consolationem asserens. Lucas 2. Roma. 1.

Prima concio Euangelij in Paradiso reuelata est.

Gene. 3. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius. Ipsum conteret caput tuum. Idem Christus tradit Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam eternam.

DE EVANGELIO.
DE DISCRIMINE
LEGIS ET EVAN-
GELII.

Differentiæ Legis & Euangelij
quot sunt &

- Tres. I. A Notitijs. Lex Dei initiõ natura hu-
mana insita est, & adhuc aliquo modo naturaliter
nota est. Roma. 2. Euangelium uerõ non est natura
notum, Sed peculiariter à Deo est relatum. Ioh. 1.
II. A promissionibus. Lex habet promissionem
cum conditione propria & integræ impletionis,
iuxta illud: Hoc fac & uiues. At Euangelium habet
promissiones gratuitas propter Christum. Ephes. 2.
Gratia saluati estis, per Eudem, & hoc non ex uobis:
Dei donum est: non ex operibus, ne quis glorietur.
III. Ab effectibus. Lex accusat, terret & mortifi-
cat. Rom. 4. Lex iram operatur. Euangelium uero
absoluit à peccatis, & uiuificat: 2. Corinib. 3.

Debentne utræq; doctrinæ
tradis

Maximè, Sed suo ordine. Luca 24. Predicare
penitentiam & remissionem peccatorum. An-
nuntij igitur reijciendi sunt, qui dicunt Legem Dei non
in Ecclesia prædicandam, sed in curiam relegendam
esse.

DE IUSTIFICATIONE 9

esse. Et qui docent: Euangelium propriè sic dictum,
terrere & mortificare, específicas differentias Legis
& Euangelij confundentes.

IX. CAPUT.

DE REMISSIONE PECCATORVM, SEV DE IUSTIFICATIONE PEC- CATORIS CORAM DEO.

Iustitia peccatoris coram Deo, est gratuita &
paterna imputatio atq; donatio intergræ impletionis
Legis per Christum nostra vice præstita, & remissio
peccatorum omnium, quam SOLA Fide in Chri-
stum accipimus, sine operibus ac meritis nostris, iux-
ta dictum: Beacitudinem hominis, cui Deus imputat
Iustitiam absq; operibus. Rom. 4. Item: Iustificamur
gratis per gratiam ipsius, per Redemptionem quæ
est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitia-
tionem, per Fidem in sanguine.

Quis hanc iustitiam peperit?

Iesus Christus, uerus Deus & homo in una per-
sona existens, idq; per passionem suam & perfectissi-
mam obedientiã, loco totius generis humani. Phi. 2.
Isa. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras.

B 3

Auti

DE IUSTIFICATIONE.

Attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis
nostrae super eum, et liuore eius sanati sumus. Om-
nes nos quasi oves errauimus, Vnusquisq; in suam
uiam declinauit, et posuit Dominus in eo iniquitates
omnium nostrum. Roma. 4. Traditus est propter
peccata nostra, et resurrexit propter Iustitiam no-
stram.

Quomodo hæc iustitia homini-
bus distribuitur?

Per Verbum gratiae, et per Sacramenta ei ad-
dita. Matth. 25.

Quo medio nos eam Iustitiam
apprehendimus?

Fide. Iuxta dictum Iohan 3. Qui credit, habet ui-
tam aeternam. Item Marci 16. Qui crediderit et
baptisatus fuerit, saluus erit.

Quæ causæ sunt, propter quas
Deus remittit peccata?

Misericordia Dei gratuita, et meritum Christi,
Ioh. 3. Sic Deus DILEXIT Mundum, ut FILIUM
suum unigenitum daret etc.

Quibus vult Deus peccata
remittere?

Omnibus

DE EXCLUSIVIS. 10

Omnibus peccatoribus agentibus penitentiam,
iuxta dictum: Vivo ego, nolo mortem peccatoris,
Sed ut conuertatur & uiuat. Ezech. 33. Item: De-
us uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem
ueritatis uenire. 1. Timoth. 2.

Causæ propter quas EXCLV-
SIVÆ retinendæ sunt,

quæ sunt:

Quatuor. I. Ut suus honos Christo maneat.

II. Ut conscientia sit certa de remissione pecca-
torum.

III. Ut inuocatio pleniori fiducia fieri queat.

IIII. Ut discrimen Legis & Euangely sit conspe-
ctius.

Cur Dicis SOLA FIDE?

Quia Fides tantum est illud organon, quo mise-
ricordiam illam Dei gratuitam, ac meritum Christi
complectimur. Iob. 3.

Deinde, quia Scriptura clarissimè inquit: NI SI
per Fidem. Galat. 2. Item: Sine lege: sine operibus
Legis: gratis per gratiam.

Tertio. Ne in hunc articulum ulla opera seu
merita humana implicentur, & maneat consolatio
peccatoribus credentibus in Christum, rata & fir-
ma. Roma. 4. Ideo ex Fide gratis, ut firma sit pro-
missio.

B 4

Quid

DE IUSTIFICATIONE.

Quid differunt Iustitiæ operum?

Omnes Iustitiæ operum, siue Renatorum siue Gentilium, sunt imperfecta & mutila Legis diuinae obedientia. Non igitur iustificant coram Deo. Rom. 3. Ex operibus Legis non iustificatur OMNIS caro coram illo. Per Legem enim cognitio peccati.

At iustitia Fidei, est perfectissima Legis obedientia, facta per Christum, quæ nobis in Christum credentibus, imputatur ac donatur. Gal. 4. Rom. 4. Et hac Iustitia Christi coram Deo reputamur & sumus iusti. Philip. 3. Ut inueniar in illo, non habens meam Iustitiam, quæ ex Lege est, sed illam quæ ex Fide est Christi, quæ ex Deo est Iustitia per Fidem.

Recte ne docent Pontifici, Fide & operibus simul nos iustificari?

Non. Rationes sunt. I. Quia pugnat cum Verbo Dei. Roma. 3. Statuimus, iustificari hominem per Fidem, sine operibus Legis. Roma. 4. Et autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur Fides eius ad iustitiam.

II. Pugnat cum merito Christi. Galat. 2. Si per Legem iustitia est, frustra Christus mortuus est.

III. Pugnat cum exemplis, quia Abraham, exemplum omnium credentium, sine operibus iustificatus est. Sic & alij.

III. Quia si penderet nostra coram Deo iustificatio ex

no de nostris operibus quoq. nullius peccatoris conscientia posset esse certa de propitio Deo. Roma. 4. Ideo ex Fide secundum gratiam, ut firma sit promissio.

V. Evangelij promissio est gratuita Roma. 3.

Dubitandumne est, an simus in gratia Dei?

Nequaquam. I. Quia dubitatio meritum Christi extenuat.

II. Promissionem Evangelij eneruat.

III. Sacramenta applicantia & obsecrantia gratiam Dei, annihilat.

III. Fons est desperationis, omnem consolationem paucis conscientis adimens.

FIDES quid est?

Fides est notitia articulorum Symboli, & assensus & applicatio eorum ad sese, & est fiducia acquiescens in gratuita misericordia Dei & Christo propitiatore, quem monstrat promissio Ioh. 3. Qui credit in me, habet vitam eternam. Fides autem ex auditu est. Auditus autem per uerbum Dei. Ro. 10.

Proprietates Fidei sunt quatuor: I. Notitia articulorum Fidei & assensus. II. Applicatio ad sese, iuxta promissiones Dei. III. Fiducia in Christo

B S propitius

DE BONIS OPERIBVS.

propitiatore, statuens se certo ex misericordia propter Christum habere remissionem peccatorum. IIII. Assensus ante experientiam, iuxta Verbum reuelatū. Fides Diabolica tantū habet notitiam Christi, sine fiducia, nūcne Euangelicis promissionibus.

X. CAPITVLVS

DE BONIS OPERIBVS.

Sunt né bona opera **NECESSARIA**.

- Sunt. I. Quia Deus ea praecepit. Roma. 8. Debitorum sumus, ne secundum carnem uiuamus.
- II. Regeneratio & donatio Spiritus sancti id postulant. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiae.
- III. Promissiones praemiorum extant. I. Tim. 4. Pietas habet promissionem huius & aeternae uitae.
- IIII. Comminatio poenarum extat. Fornicatores & idolatriae, adulteri &c. regnum Dei non possidebunt. I. Corinth. 6.

Bona opera quid sunt?

Bona opera sunt opera, à Deo certo uerbo mandata, quae debent fieri in Fide, hoc fine, ut Deus per ea celebretur, & proximo inseruiatur.

Quae

DE BONIS OPERIBVS. 12

Quæ bona opera facienda sunt?

In Decalogo mandata, quæ passim in sacris li-
teris explicantur. Ezech. 20. In præceptis meis
ambulate.

Qui possunt ac debent bona
opera facere?

Renati per Verbum & Spiritum. Ephes. 2.
Ipsius opus sumus, creati per Christum Iesum ad
opera bona, quæ præparauit Deus, ut in illis ambule-
mus. Tit. 2.

Quomodo placent bona
opera?

Reb. Fidem in Christum. 1. Persona statuat se
esse acceptam & in gratia, gratis propter Christum.
11. Statuat inchoatam & mutilam obedientiam,
propter Christum Deo Patri ex misericordia pla-
cere. Rom. 8. 1. Pet. 2. Offerentes spirituales ho-
stias, acceptas Deo per Iesum Christum.

Quæ sunt causæ, cur bona ope-
ra Renatorum non sint
perfecta?

1. Quia peccatum originis in hac uita non peni-
tus de natura humana excinditur. 2. Quia Lex
Dei absolutissimam obedientiam, interiorem & ex-
teriorem

DE BONIS OPERIBVS.

teriolem requirit. II. Quia Diabolus varijs modis impedimenta obijcit.

FINE S bonorum operum
qui sunt?

- I. Celebratio Dei. I. Cor. 6. Glorificate Deum in corpore & Spiritu uestro, quæ sunt Dei. I. Cor. 10. Omnia ad gloriam Dei facite.
- II. Utilitas proximi. Matt. 5. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. I. Pet. 2.
- III. Ne excutiatur Spiritus sanctus & bona conscientia. Nam peccatis contra conscientiam, amittitur fauor Dei & salus, & locus datur Diabolo. I. Iohan. 3. Matt. 12.
- III. Ne nobis aut alijs penas accersamus. Deut. 18.
- V. Præmia in hac & in altera uita. I. Tim. 4. Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens uitæ, & quæ nunc est, & futura.

Estne propositio vera, Bona opera sunt ad salutem necessaria?

- Non. I. Quia falsi Apostoli sic docuerunt, ut S. Paulus ad Galatas ostendit.
- II. Honori Christi derogat. Nam non est in alio quoquam salus. Acto. 4. Omnium autem lingua- rum usu

DE BONIS OPERIBVS. I 3

rum usu, CAUSA (in hac scilicet oratione) inclusa
ditur, NECESSARIUM AD ALIQUID.

III. Deprauat Euangelij uocem, quae inculcat ex-
clusiuas: sine Lege: sine operibus Legis: gratis: per
gratiam: tantum per Fidem. Rom. 3. 4. Ephe. 2.

III. Impossibile est, conscientias peccatis conster-
natis, posse firmam tenere consolationem, si nostras
quoque bona opera sunt necessaria ad salutem. S. Pau-
lus ait, se eo in loco sua opera reijcere. Phil. 3.

VI. Tollit discrimen Legis & Euangelij.

VI. Sunt fructus Fidei & indicia salutis, bona
opera. Phil. 1.

Electicia opera cultus gratia,

sunt ne probanda.

Non. I. Quia Electicia opera cultus gratia ex-
cogitata dicuntur ea, quorum nec species, nec genus
in uerbo Dei comprehensum est. II. Christus in-
quit: Frustra me colunt, docentes doctrinas & man-
data hominum. Mat. 15. Ruit igitur totus Mon-
achus, & similes εθελοθεσκεια.

DE BAPTISMO.

Sacramenta in nouo Testamento, sunt ritus à
Christo immediate instituti, quibus promissio gratiae
& remissio

DE BAPTISMO

Et remissionis peccatorum, externo ac uisibili Elemento est copulata, & cuilibet recte ueritate hac ordinatione ac institutione Christi applicatur & confirmatur.

Verbum igitur expressum, hoc est, promissio gratiae, & mandatum ad omnes pertinens, & deinde Elementa certa, faciunt Sacramentum. Quae uero haec non habent, proprie quidem Sacramenta dici nequeunt.

Sunt autem duo Sacramenta à Christo tradita, Baptismus scilicet, & sacra Coena.

BAPTISMVS quid est?

BAPTISMVS est actio, à Christo, certo mandato ac promissione Euangelij instituta, in qua omnes homines suo regno initiandos, uult aqua tingi in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, atq; in ea actione homines regenerat, applicat remissionem peccatorum, & aeternam salutem. Matt. 28. Mar. 16.

Effectus Baptismi sunt. I. Applicatio & obsecratio remissionis peccatorum propter Christum. Mar. 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. II. Renouatio & inchoatio nouae obedientiae. Ro. 6. Consepulti sumus cum Christo per Baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus.

ambulemus. Hac autem omnia uox Regenerationis
complectitur.

Suntne infantes baptisandi

Ita. 1. Quia Christus hoc praecepit: Baptisate
omnes gentes. 2. Quia infantes indigent hac rege-
neratione. Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit. 3. Chri-
stus inquit: Sinite paruulos ad me uenire, Taliu enim
est regnum caelorum. 4. Circumcisio in infantibus
fuit efficax. 5. Origines inquit: Ecclesiam Christi
inde usq; a tempore Apostolorum, Baptismum in-
fantibus contulisse. Mat. 10.

Anabaptistae igitur errant. Nec recte docent Sa-
cramentarij, infantes renatorum ante Baptismum
esse in gratia.

XII. CAPVT.
DE COENADO-
MINI.

Quid este

Coena Domini est uerum corpus, & uerus san-
guis Domini nostri Iesu Christi, sub pane & uino
nobis Christianis, ad manducandum & bibendum,
ab ipso Christo instituta.

Reliqua ex paruo Catechismo Lutheri petantur.
Eaane scit

DE COENA DOMINI.

Euanesceit substantia Elementorum recitatis verbis Testamenti Dominici

Non. I. Quia Christus Elementa sensibus percep-
tabilia, uoluit huic sacrae actioni uerbo suo copulare.
Sed umbræ rerum non possunt tactu & sapore
percipi.

II. Paulus testatur, in usu cœnæ esse panem & ui-
num, non species tantum illorum. I. Corint. II.
Quando manducabitis panem hunc, & calicem bi-
betis, mortem Domini annuntiabitis.

III. Veteres Transubstantiationis commentum
ignorârunt. Anno enim Domini 1215. primum
hæc doctrina est publicè à Pontificijs ratificata.

III. Est fons Artolatriæ.

Offerrine debet Coena pro uiuis & mortuis

Non. I. Quia Christus inquit: Accipite, edite,
bibite. Sed mortui non possunt amplius edere aut
bibere. II. Tantum unicum est Sacrificium expia-
torium, nempe, mors Christi. Hebræ 9. Unica ob-
latione consummavit sanctos. III. Offerre Christum
ratione sacrificij, est iram Dei in eum deriuare, &
iterum sistere eum passioni, id quod est crudele sa-
cinus. Paulus inquit: Christus peccato mortuus est
semel.

Rom. 6.

DE COENA DOMINI. 15

semel. Roma. 5. III. Apostoli de sacrificio Missæ nihil nouerunt, neq; ij qui mox eos secuti sunt. V. Inest multiplex Idolatria. Errant igitur Pontificij.

SACRAMENTARIJ docent, corpus & sanguinem Christi, abducta esse à terra, & contineri in cælis, nec reddi ante nouissimum iudicium, & hæc uerba: Hoc est corpus meum: Sic intelligenda esse, hoc significat corpus meum, & fructus tantum corporis Christi tibi datur. Estne hæc sententia uera?

Non. I. Quia est contra ὁ ἕκτος Verborum Christi Hoc est inquit, corpus meum: Hic est sanguis meus. II. Quia relatiuum: QVOD determinat certo, quod sit ipsissimum corpus Christi: QVOD inquit, pro uobis datur. Non est autem figura corporis tradita. III. Quia Paulus inquit: Calix benedictus, est participatio sanguinis Christi. Panem quem frangimus est participatio corporis Domini. IIII. Euangelista & Paulus congruunt. V. Nullus sanctorum Patrum ponit negatiuam, hoc est, quod ibi non porrigatur & accipiatur uerum corpus Christi. VI. Glossa Sacramentariorum est uaria, inconstans, partim quoq; blasphema.

1. Cor. 10.

XIII. CAPVT.

C

DE

DE CLAVIBVS
DE CLAVIBVS
ECCLESIAE.

Quid sunt?

Claues Ecclesiae sunt potestas spiritualis, ab ipso Christo immediate instituta, tum de applicanda & annuncianda certa remissione peccatorum serio penitentibus, tum de annuncianda certa damnatione manifestis, scandalosis & praefratis peccatoribus, ijsq; tanquam publicanis habendis, idq; Verbi Ministerio, in Nomine & autoritate Iesu Christi.

Duas igitur Claves Ecclesiae Christus instituit, soluentem & ligantem. Matth. 16. 18. Iohan. 20. Accipite Spiritum sanctum, Quorum remiseritis peccata in terris, remissa erunt in caelis: & quorum retinueritis in terris, retenta erunt in caelis.

XIII. CAP. VI.

DE POENITENTIA,

Quid est?

Poenitentia est uera ad Deum conuersio, quae compleditur contritionem & Fidem, & cuius fructus est noua obedientia. Luca 13. Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

DE POENITENTIA. 16

Partes poenitentiae sunt duae: Contritio & Fides.
Marci I. Agite poenitentiam, & credite Euangelio.
Hic enim est ordo sese ad Deum conuertendi.

Contritio est, cognoscere aliquo modo peccata interiora & exteriora ex Lege Dei, & cohorrescere propter offensionem Dei & meritas poenas, & dolere propter peccata, cum proposito suam uitam corrigendi. Roma. 7. Peccatum non cognoui, nisi per Legem. Iere. 31. Postquam conuertisti me Domine, egi poenitentiam, confusus sum, & erubui.

Fides est fiducia in misericordiam Dei, gratis propter Christum mihi peccatori remittentis delicta omnia, est q. ex Euangelio. Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam uos. Luca 15. Gaudium est in caelo, super uno peccatore poenitentiam agente, magis quam super nonaginta nouem iustis, qui poenitentia non indigent. Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

A Nova obedientia, sunt opera renatorum per Spiritum sanctum, quae fiunt iuxta Decalogum, & quidem in Fide, ad celebrationem Dei, nostram & proximi utilitatem. Appellantur autem fructus poenitentiae. Mattheo 3. Facite fructus dignos poenitentiae.

Causae exhortantes nos ad poenitentiam maturam, sunt 1. Peccata nostra multa. 2. Misericordia Dei. Joel. 2. Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra,

C 2 & conuer.

DE POENITENTIA.

¶ conuertimini ad Dominum Deum. 3. Prodigia
¶ inclinationes regnorum. 4. Poena priuata &
publica, temporales atq; aeternae. 5. Praemia huius
¶ aeternae uitae. 6. Incertitudo uitae nostrae. 7. Iu-
dicium nouissimum iam instans. Figura igitur de
decem uirginibus saepe nobis in conspectu uersetur.
Matth. 25.

Lapsos in peccata, iterum agentes poenitentiam,
recipi, credentes in Christum, docet ipsemet Serua-
tor. Matth. 18. Vbi inquit: Septuagies septies esse
remittendum. Et oratio Dominica iubet petere: Di-
mitte nobis debita nostra. Et David, Petrus & alij
lapsi in peccata aliquoties, tamen rursus con fugien-
tes ad Mediatorem Christum, iterum in gratiam
recepti sunt.

Pontificij tres partes poenitentiae ascribunt, nem-
pe, contritionem cordis: confessionem oris: & satis-
factionem operis. Sed haec omnia tantum ad Legem
pertinent, ideo nihil in eis est solatii. Fidei enim in
Christum, nulla fit mentio, imo ei derogatur per sa-
tisfactiones istas humanas.

Contritionem aiunt perfectam esse oportere, &
mereri suo opere ueniam, id quod contra Scrip-
turam est.

Confessionem auricularem uolunt esse omnium
peccatorum enumerationem, quae quidem impossi-
bilis est. Nam delicta quis intelligit? Psalm. 19.

Satisfactio

Satis factio tribuit operibus humanis, quod solius
est Christi, & plena est superstitionibus & blasphemis.

Inter Iudæ & Petri pœnitentiam hoc interest,
quod Iudas non erigit se Fide in Christum, ac desperat:
Petrus uero, Fide à Christo Salvatore petit ueniam & impetrat.

XV. CAPUT.

DE ECCLESIA.

Quid est?

Ecclesia Dei in terris, est uisibilis cœtus ample-
ctentium incorruptam Dei doctrinam, & legitimè
utentium Sacramentis iuxta Christi institutionem,
in quo cœtu Deus per Ministerium Euangelij efficax
est, & multos ad uitam æternam regenerat, in quo
cœtu tamen etiam multi sunt non sancti, Sed tamen
de doctrina consentientes, nec sunt publicè & rectè
excommunicati. Ioh. 10. Oues mea uocem meam
audiunt. Esa. 59. Matth. 13.

Notæ veræ Ecclesiæ quot sunt?

Quatuor. 1. Verbum Dei incorruptum, absq;
fermento Phariseorum. Esa. 51. 2. Legitimus

C 3

usus

DE ECCLESIA

us Sacramentorum diuinitus institutorum Mat. 28.
III. Confessio sanæ doctrinæ. Mat. 23. 10. III. Obedientia Ministro debita, iuxta uerbum Dei. Luc. 10.

Notæ falsæ Ecclesiæ quot sunt?

Quatuor. I. Verbi diuini & articulum Fidei corruptelæ. II. Sacramentorum Christi laceratio & prophanatio. III. Idolatria, seu superstitiosi cultus. IIII. Persecutio doctrinæ ueræ & rectè sentientium, Hasce infames notæ habet Ecclesia pontificia omnes. Ergo Christi uox est: Alienum non sequuntur, sed effugiunt ab eo. Iohan. 10. Galat. 1. Iohan. 2.

Potestas uerò Ecclesiæ, est potestas legitimè docendi uerbum Dei, & administrandi Sacramenta absoluen di pœnitentes, & ligandi pertinaces & scandalosos, uerbo in sacris literis tradito, absq; in corpore. De potestate politica postea.

Propheta est persona, immediatè uocata à Deo ad docendum uerbum Dei, habens certa testimonia quòd non erret, & habet peculiare reuelationes de rebus futuris, quas denunciat, ac interdum simul quædam politica pro Dei arbitrio administrat.

Apostolus est persona immediatè à Christo uocata, & ornata donis linguarum & miraculorum, ablegata in Mundum uniuersum, ad docendum Euangelium Iesu Christi, & administranda eius Sacramenta, & habet suæ doctrinæ certa testimonia diuina.

Episcopus

DE INVOCATIONE. 19

Episcopus est persona mediate uocata, ut uerbum Dei doceat, & Sacramenta Christi iuxta ipsius institutionem administret, certo loco, nec habet diuina testimonia, quod non erret.

Idem uero est Minister aut doctor uerbi Dei, nisi quod ordinis gratia, interdum Episcopus habet inspectionem super alios pastores, & regie iudicia Ecclesiastica. Hodie passim dicuntur Superintendentes.

XVII. CAPUT. DE INVOCATIONE DEI.

Quid est?

Inuocatio est colloquium cum Deo uero, quo ea, quae nobis sunt necessaria, siue spiritualia, siue corporalia, siue in genere, siue in specie, proponimus, ac petimus. Fide per Christum, & iuxta patefactam eius uoluntatem, auxilium, certique sumus, nos exaudiri propter Mediatorem: uel, quo etiam pro acceptis beneficijs gratias agimus.

Quae sunt in oratione consideranda?

Quatuor. I. Quis sit compellendus in Inuocatione. II. Quomodo Inuocatio sit facienda. III. Quae sint à Deo petenda. IIII. Mandata & promissiones, quod certo exaudiamur.

C 4

Qui

DE INVOCATIONE.

Quis est inuocandus?

Verus Deus sicut se patefecit, pater scilicet, Filius
& Spiritus sanctus. Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis.

Quomodo inuocatio facienda?

In Nomine Christi, ut ipse docet. Iohan. 16.
Amen, Amen dico uobis, si quid petieritis Patrem
IN NOMINE meo, dabit uobis. Hoc est, ut
Fide statuamus, propter Christum nos habere Deum
reconciliatum, & hunc Mediatorem nominemus,
& propter eum credamus, nos omnis generis bona
accepturos esse. Marci 11. Omnia quaecunq; orantes
petitis, credite quod accipietis, & euenient uobis.

Quid est à Deo petendum?

Omnis generis bona, spiritualia & corporalia,
ad hanc presentem & aeternam uitam pertinentia.
I. Iohan. 5. Hac est fiducia quam habemus ad eum,
quod quicquid petierimus secundum uoluntatem eius,
audit nos.

Spiritualia absq; conditione petenda sunt, certa
persuasione, quod ea simus accepturi, quia sic se Deus
reuelauit: *Viuo ego, nolo mortem peccatoris.*
Ezech. 33.

Corporalia autem, cum conditione petenda sunt
ut nos

DE INVOCATIONE. 19

ut nos Dei uoluntati subiciamus, & tamen credamus, Deum uel hoc quod petimus, uel quid melius daturum. Abae. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia ueniens ueniet, & non tardabit.

Mandata & promissiones aliquot recita.

Psal: 50. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & glorificabis me. Matth. 7. Petite, & accipietis. Deus ipse mandauit inuocationem, & requirit hunc cultum praecepto 2. Sit igitur mens certa, se exaudiri, & Deum hoc labiorum sacrificio imprimis delectari.

Suntne mortui Sancti inuocandi?

Non. I. Quia solus Deus inuocandus est. Deut. 10. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. II. Sancti non sunt omnipotentes, hoc est, non possunt omnium hominum corda perspicere, nec habent potestatem coeli & terrae. III. Fides, tantum Deo tribuenda est, non creatura. IIII. Unus est Mediator tantum, in cuius NOMINE petendum est. V. Timo 2. Iohan 16. V. Nullum uel praeceptum uel exemplum de inuocatione mortuorum, in sacris literis extat. VI. Nulla extat certa reuelatio, an illi mortui, qui inuocantur, omnes sint glorificati. Est igitur

C S

DE CRUCE

igitur horribilis Idolomania & nota Antichristi. Quomodo autem honorandi sint Sancti, ipsorum sanam doctrinam amplectendo, & facta uerbo Dei consona imitando, & predicando in eis dona Dei alias explicatur.

XVII. CAPIT.

DE CRUCE.

Omnes mortales uarijs & rumis in hac uita subiecti sunt. I. Propter peccatum originis, & actualia. II. Propter tyrannidem Diaboli. Eas autem calamitates tum temporales tum aternas, in non Renatis, hac uox Dei complectitur: Quocumq; die comederis ex ea, morte morieris. Gene. 2. Sed nos hic de cruce Ecclesie dicemus.

Afflictiones piorum quadruplices sunt.

Quadruplices: Aut sunt δοκιμασία, id est, probationes, ut in Iobo. Aut τιμωρία, id est, poena, ut exilium Dauidis. Aut μαρτύρια, id est, testimonia, ut Iohannis decollatio. Aut λύπη, ut solius Christi passio.

CAVSSÆ, cur Ecclesia Dei cruci subiecta est, quæ sunt:

I. Propter

I. Propter peccatum haerens in natura hominum
etiam Renatorum, ut expendatur, quantum hoc sit
malum, & propter peculiaria delicta etiam Renato-
rum, ut ea serio cognoscant, & remissionem ardente-
tius expetant, ac deinceps caveant. Michæ 7. Iram
Domini portabo, quoniam peccavi ei. I. Corin. I I.
A Domino corripimur, ne cum hoc Mundo dam-
nemur.

II. Ut rabiem Diaboli pij cognoscant. I. Petri
5. Aduersarius uester Diabolus circumit.

III. Ut inuocatio piorum magis excitetur. Esai.
26. Domine in angustia requisierunt te, in tribula-
tione murmuris doctrina tua eis.

III. Ut Fides magis probetur, luceat & innotescat.
I. Pet. I. Paulisper affligimini varijs tentationibus,
ut probatio Fidei uestre multo preciosior pereunte
auro, quod per ignem probatur, inueniatur.

V. Ut Dei miraculosa protectiones & liberatio-
nes magis obseruentur. I. Sam. 2. Dominus morti-
ficat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit.

VI. Ut pij fiant conformes Christo, Roma. 8.
I. Petri 4.

VII. Ut doctrina uera obfignetur martyrijs. A-
poc. 6. I 2.

VIII. Ut pij desiderent coelestem patriam. Nam
hic sumus peregrinantes, nec habent locum manen-
tem.

I. Propter

IX. Ut

DE CRUCE.

IX. Ut discrimen uerae ac falsae Ecclesiae, item discrimen uerorum & falsorum membrorum Ecclesiae Dei appareat. Matth. 13.

X. Ut re ipsa constet, restare aliam uitam post hanc, ubi per gloriam pro hac ignominia consequentur. 2. Cor. 4. Momentanea & leuis tribulatio nostra, supra modum excellenter aeternam gloriae pondus operatur in nobis.

CONSOLATIONES

sunt.

I. Non casu, nec Deo ignorante nos affligi. Mat.

10. Omnes capilli capitis uestri numerati sunt.

II. Deum agentibus poenitentiam esse propitium. Luca 15.

III. Bona conscientia, 1. Pet. 3. Si quod patimini propter iustitiam, beati estis.

III. Christum uicisse Diabolum & Mundum. Ioh. 16. In Mundo pressuram habebitis, sed confidite, Ego uici Mundum.

V. Non solos nos esse, uel desertos esse in cruce, sed habere parastatas Deum uel Angelos. Psal. 91. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Ioh. 14. Non relinquam uos orphanos.

VI. Deum uelle mitigare crucem. 1. Cor. 10. Fidelis est Deus, qui non patietur uos tentari, supra id quod

DE LIBER: CHRISTIANA. 21

quod potestis, & faciet etiam cum tentatione even-
tuum, ut possitis sustinere.

VII. Promissiones de auxilio, Psal. 34. Multae
tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit
eos Dominus.

VIII. Pys afflictiones cedere in bonum. Psal. 119.
Bonum mihi Domine, quod humiliasti me, ut disce-
rem iustificationes tuas.

IX. Omnes Sanctos in hac vita esse crucigeros,
Sic praedicente Christo & Paulo.

X. Non futuram hanc crucem perpetuam. Psalm
55. Non dabit in aeternum fluctuationem Iusto.

XI. Gloria aeternae vitae. Roma. 8. Existimo,
quod non sunt condignae passiones huius temporis,
ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.

XVIII. CAPUT.

DE LIBERTATE
CHRISTIANA.

Libertas christiana in quoe
rebus consistit?

In tribus. I. In liberatione à maledicto Legis.
Ioh. 8. Si uos Filii liberaueris, uerè liberi estis. Gal.
3. Christus nos redemit à maledicto Legis.
II. In libe

DE CEREMONIIS.

II. In liberatione à legibus ceremonialibus & fo-
rensibus Moſis. Col. 2.

III. In libertate traditionum & ceremonialium
humanarum, citra tamen ſcandalum. Galat. 5. In
ea libertate qua uos Chriſtus liberauit, ſtate, & noli-
te iterum iugo ſeruitutis teneri.

Sunt né Chriſtiani liberi à noua
obedientia ?

Non. Quia Chriſtus inquit: Matth. 7. Arbor
bona fructus bonos profert. Paulus ait, Rom. 8.
Debitorum ſumus. Item: Roma. 7. Mente ſeruo
Legi Dei.

XIX. CAPITULUM

DE CEREMONIIS

HUMANIS ECCLE-

SIÆ DEI.

Duplices ſunt Cerimoniae humanae. Adiaphora
ſcilicet, hoc eſt, mediae ſeu liberae. Et impiae, pugnan-
tes cum uerbo Dei, quae proſus ſunt abolendae.

Cerimoniae Eccleſiae Dei
quid ſunt ?

Cerimoniae humanae Eccleſiae Dei, ſunt ritus,
ab hominibus in Eccleſia conſtituti, propter ordi-
nem

nem, decorum aut ædificationem, neq; sunt in uerbo
Dei expresse uel præcepti uel prohibui, eamq; ob
casam circa peccatum seruari uel omitti possunt.

Quæ vitiant Cerimonias illas?

Quatuor potissimum. I. Necessitas seu Lex, &
coactio. Gal 5. II. Quando fiunt cultus Dei & me-
rita uitæ æternæ. III. Accumulatio nimia, uerbi di-
uini prædicationem impediens. IIII. Quando scan-
dalum præbent defectionis aut destructionis.

XX. CAPVT.

DE MAGISTRATV.

DECEPIMO Quid est?

Magistratus politicus, est uocatio seu munus in
genere humano, à Deo institutum, ut certa persona
seu plures, alijs iuxta certas & honestas Leges præ-
sint pacem, externam disciplinam & iustitiam iuxta
Decalogum tueantur, & delicta ui corporali, &
pro eorum conditione, ferro seueriter puniant. Ro-
ma. 13. Prover. 20.

**Officia Magistratus quæ
sunt?**

I. Nutri-

DE CONIVGIO.

I. Nutritium esse Ecclesie Dei, & servire Christo, Psalm 1. Esai. 49.

II. Custodem esse utriusq; tabulae Legis, institueret & tueri leges honestas, disciplinam, ius dicere, Psalm. 82.

III. Punire fontes iuxta leges, & tueri bonos, ac publicam pacem defendere. Roma. 13. Dei est minister, tibi in bonum. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit.

Potestas publica, est potestas à Deo ordinata, qua Magistratus honestas leges in politia condit, aut conseruat & exercet, puniens delicta etiam ui corporali, publicae disciplinae, pacis & iustitiae causa. Gene. 9. Rom. 13.

XXI. CAPVT.

DE CONIVGIO.

Quid est?

Coniugium est uitae genus, à Deo immediate ordinatum, in quo mas & femina legitimo modo copulantur indissolubili uinculo, ut simul liberos alant, scortationes uitent, mutuam sibi operam ac dilectionem praestent, inuentq; adificationem Ecclesiae Dei. Gene. 2.

Fines

DE CONIUGIO.

23

Fines coniugij quot
sunt?

Tres. I. Ut genus humanum multiplicetur
Gen. 2. Crescite & multiplicamini.

II. Ut mutua sibi officia praestent in omni uita.
Ideo coniunx adiutorium appellatur. Gene. 2.

III. Ut uitentur uagae libidines & earundem
pena. I. Corinth. 7. Propter fornicationem
unusquisq; uxorem suam habeat, & unaquaq; ui-
rum suum habeat.

Vota castitatis sine miraculoso eius dono, sunt
impia. I. Quia sunt contra uerbum Dei. I. Corin-
7. Melius est nubere quam uri. Item, propter for-
nicationem &c. II. Quia sunt contra Dei creati-
onem & iudicium. Non est BONVM, inquit,
hominem esse solum. III. Creat Deus adhuc ho-
mines ad coniugium idoneos. IIII. Paulus prohibi-
tionem coniugij uocat doctrinam demoniorum.
I. Timoth. 4. V. Nulla Lex in uerbo Dei ex-
tat de uoto castitatis perpetua, religionis ergo pra-
stando. VI. Coelibatus Pontificius, Mundum re-
pleuit tetris fornicationibus, id quod notorium est.

XXII. CAPVT.

D

DE SCAN-

DE SCANDALIS.
DE SCANDALIS.

Scandalum à σκάνδαλον claudico, quo quis offendit
ac laeditur.

Estq; duplex: Datum & Acceptum.

Scandalum datum seu male rei, est doctrina
falsa, seu factum impium, cuius contagio uel damno
alii afficiuntur, turbantur, seducuntur, & deteriores
fiunt. Matth. 18. Neesse est ut ueniant scandala,
Veruntamen uae homini, per quem ueniunt scandala.

Acceptum scandalum seu Pharisaeicum, seu bonae
rei, est impiorum offensio, ira, calumnia, propter
sinceram Dei doctrinam, & necessaria ac pia sa-
cta: Qualia sunt, abolitio Idolatricorum cultuum,
usus uerae libertatis Christianae. Matth. 11. Beatus
qui non fuerit in me scandalisatus.

XXIII. CAPIT.

DE RESURRE
CTIONE.

Mors est dissolutio corporis & anima, &
religiosa

DE RESURRECTIONE 24

reliqua poena omnis generis, temporales & aeterna,
propter peccatum. Gene. 3.

Resurrectio mortuorum, est opus Dei, quo in
nouissimo die omnes mortuos homines, omnipo-
tentia sua iuxta uerbum suum resuscitabit in uitam,
ac uocabat ante tribunal Christi, ut deinceps in
aeternum, pro Christi sententia, uel in inferni cru-
ciatibus, uel in caeli gaudijs uiuant. Matth. 24. 25.

I. Corinth. 15.

Job 19. Scio quod Redemptor meus uiuit, &
in nouissimo die de terra resurrexerit sum, & rur-
sum circumdabor pelle mea, & in carne mea uidebo
Deum, quem uisurus sum ego ipse, & oculi mei con-
specturi sunt, & non alius.

Judicium postremum, est actio Iesu Christi, qua
de resuscitatis mortalibus omnibus, & in nubes ad se
traductis, sententiam feret, atq; exequetur euestigio,
ut qui in se crediderunt, transeant in uitam beatam:
Qui uero non crediderunt, abeant in sempiternum
ignem. Matth. 25.

Infernales cruciatus, sunt inenarrabiles angu-
stiae, dolores, tormenta in corpore & anima, quae
omnes unquam Dabolus propter peccata, ex ira
Dei, in omnem aeternitatem, sine omni fine perpe-
tuo cogentur. Matth. 25.

DE RESURRECTIONE.

Caelestia gaudia, sunt inenarrabilis dignitas, Iustitia, lux, latitia hominum credentium, qua quidem recuperata imagine Dei integrè, Deum coram iuri, & cum Angelis totoq; Sanctorum choro Deum ueneraturi & celebraturi sunt, in omnem usq; aternatem, sine fine, Matth. 25

FINIS
CORPVS CVLI
DOCTRINÆ
SANCTÆ

Laus Deo.

PIETAS, est credere in Christum, & per gratiam
I in sanctum inchoare & exercere opera De
cologi, ergo Deum & homines, in amore Dei
Essentia & voluntas Dei, in se legem & ex
gelium, parafata in monumetum Proprietatum
Apostolorum, & accensa per spiritum sanctum
in Deum rectè colant & celebrant, Ex. 20.
IGNORANTIA DEI, est ex nullo

DEFINITIONES QUÆDAM
VIRTUTVM ET VI-
TIORVM IUXTA DE-
calogi præcepta, col-
lectæ à

D. IOHANNNE

Wigando,

ADI. PRÆCEPTVM
pertinens.

PIETAS, est credere in Christum, & per Spiri-
tum sanctum inchoare & exercere opera De-
calogi, erga Deum & homines, in timore Dei &
Fide. I. Timoth. 4.

NOTITIA DEI VERA, est notitia
Essentiæ & voluntatis Dei, iuxta Legem & Euan-
gelium, patefacta in monumentis Prophetarum &
Apostolorum, & accensa per Spiritum sanctum,
ut Deus rectè colatur & celebretur, Exo: 20.

IGNORANTIA DEI, est ex uerbo
D 3 sacro

s, in
videm
m ul
pro
V

LI

IA

PI
col
Fide

Essent
gelium
Apost
De

D 3



DEFINIT: VIRTVTVM

sacro, veri Dei cognitionem & cultum non disceres
& ex tenebris humanis Idola gignere, uel agnitiuum
Deum Epicuræ securitate floccifacere, Psal. 14.

SCRVTATIO MAIESTATIS DI-

VINÆ, est præter Verbum Dei gloriosam &
interiorem eius Essentiam, aut uoluntatem non reue-
latam, curiosè scrutari, & errores gignere. Eio-
uerb. 25.

IDOLOLATRIA, est Diuos facitios in-

uocare, & cultibus soli Deo debitis, prosequi aut ue-
rum Deum, non mandatis cultibus uenerari. Psalm
115. I. Corinth. 8.

TIMOR DEI, est opus primi præcepti,

metu offensionis Dei Patris, cum reuerentia & a-
more filiali cauens delicta, & Fide petens ueniam la-
psuum ac gubernationem in tota uita, ne ira Dei aut
pœna attrahantur. Kindliche fürchte.

SECVRITAS, est uicium contra primum

præceptum, quo mens hominis non agnoscit pecca-
ta sua contra Legem Dei, uel leuiter saltem agnoscit,
neq; reputat & exhorrescit iram Dei & pœnas, sed
pergit peccata absq; omni conscientia, accumulare
uel excusare. Dicitur et Epicureismus. & prælytibus
STV por.

DAER

D 4

FERI

PERTINACIA seu obstinatio, est non agnoscere peccata licet Lege arguantur, aut poenis castigentur, Sed pergere, & ea defendere, excusatio Dei minus. Pertinet huc FEROCIA, Esa. I.

REPROBUS SENSUS, est contra suam ipsius conscientiam peccata tetra committere, & eis indulgere ac delectari, nec amplius pro peccatis reputare Roma, I. Vocatur etiam PERuersitas cordis. Iere. 17.

TIMOR SERVILIS, est metu poenarum potentissimi Dei, tantum cauere delicta, sine amore filiali & Fide, & agnitis peccatis fugere Deum.

FUGA DEI, est Lege territante tantum vitari Deum nostris peccatis offensum sine Fide, & poenis Dei stulta corporis fuga uelle declinare aut uitare sicut in Adam lapsio, & in Iona uidere est.

Fidei definitio in Corpusculo recitata est Pag.

DIFFIDENTIA, est peccatum contra primum preceptum, quo mens post habito Dei uerbo, in necessitatibus non tribuit Deo confidenter uoluntatem erga se propitiam, & potentiam opitulandi, & suo arbitrio aliquid molitur, aliq; rei confidit. Misglauben, Mistrawen.



DEFINIT: VIRTUTUM

DUBITATIO, est de uoluntate Dei propitius erga sese, quam Euangelium reuelat, & Sacramenta applicanti atq; obsignant, ambigere, & in Dei arbitrium reponere, nec tamen profus desperare.

PRÆSUMPTIO, est aliquid contra Verbum Dei moliri aut suscipere, persuasione insana fauorem Dei ea ratione non excuti. Verinessenheit. Sed Deus non uult, id est, non probat iniquitatem. Psalm 5. Item: Non est πρὸς ὁποῦ λίπης.

DILECTIO DEI, est affectus & actio qua cor Deum tanquam creatorem, & benefactorem suum clementissimum, ardentem complectitur, eum ueneratur, & cum quadam letitia in ipso acquiescente, eius mandata obseruat. Deus 6. Matth. 22.

Timor ergo filialis tribuitur Deo tanquam Eminenti, & Patri, & Zelotæ.

Dilectio tanquam bono & benefico. A

Fiducia tanquam ueraci & potenti.

ODIUM DEI, est cordis motus seu habitus, quo Deum uerum, eiusq; uerbum & cultus ueros auersatur. & contra hæc omnia machinatur, Ut in Saule apparet.

HYPOCRISIS est simulatio pietatis, uerbis factisq; externis, & persuasio propria Iustitiæ coram

coram Deo, cum aliorum contemptu Luca 17.
POLITICA HYPOCRISIS, est simulatio disci-
 plinae seu benevolentiae, corde scatente & sordente
 superbia & pleonexia multiplici.

SPES est certa expectatio uitae aeternae iux-
 ta promissionem Euangelij, et est expectatio mitiga-
 tionis calamitatum in hac uita, iuxta Dei consilium,
 Psalm 30. Roma. 5. I Petri 1.

DESPERATIO, est consideratio pecca-
 torum, irae Dei & poenarum ex Lege diuina, &
 tantopere propter eorum grauitatem & atrocita-
 tam exhorrescere, ut peccata maiora censeantur
 ipsa Dei gratia, omnisq; ueniae aut reconciliationis
 spes, prorsus excutiat, ac succumbere doloribus.
 Comitatur autem plerunq; fremitus, ac uoces blas-
 phemae in Deum, & abruptio propriae uitae uiolen-
 ta, ut in Iuda, Spira & alijs uidere est.

AD II. PRÆCE-

ptum.

Inuocatio quid sit, in corpusculo extat pag. 15.

STVPOR, est non cognoscere Dei benefi-
 cia, uel poenas eius, & securitati ac uitijs indulgere,
 nec inuocare Deum serio. Vocatur & **TORPOR.**

D S ADORA



**DEFINIT: VIRTUTVM
ADORATIO CREATURARVM,
SIVE VIVARVM SIVE MORTV-
ARVM,** est idololatria, honorem soli Deo omni-
potenti convenientem, creaturis contra Verbum
Dei attribuens. Roma. I.

MAGIA, est peccatum contra secundum
praeceptum, quo sub Nomine Dei, sunt pacta cum
Diabolo, deserto uero Deo, & exercentur praesi-
gia, cum abusu horrendo nominis diuini. Leui. 19.

EXECRATIO, est alicui mala imprecari
cum usurpatione nominis diuini, contra Dei uerbum.
Vocatur & maledictio temeraria. Ein fluch.
Aliud autem est maledictio Dei, quae est conicio le-
gis de ira & poenis commertis.

**GRATIARVM ACTIO ERGA
DEVM,** est agnoscere beneficia Dei spiritalia &
corporalia, ex liberali bonitate & misericordia no-
bis donata, eaq; magnifacere, praedicare, & uicissim
Deo omnem pietatem iuxta eius praecipia spondere
ac prestare. Psal. 135.

INGRATITVDO ERGA DEVM,
est dona Dei non agnoscere, nec magnifacere, nec
praedicare, grataq; Deo non uicissim facere. Ose. 2.

**SUPERSTITIOSA GRATITV-
DO,** est inhonorem Dei aliquid tribuere uel face-
re contra

se contra uerbum Dei. Vt: Petrus uolebat tria tabernacula extruere. Matth. 17.

CONFESSIO FIDEI, est testimonium uerae Religionis, hoc est, doctrinae & cultuum diuinorum, & facta necessaria Fidem concernentia, quod testimonium iuxta uerbum Dei educitur, ac dirigatur ad laudem Dei, adificationem Ecclesiae, & salutem proximi. Matth. 5. 10.

APOSTASIA, est uel in cruce, uel extra eam piam uel recte ab agnita ueritate Dei deficere, nec ea testimonia debita perhibere, & uel in Epicurismum, uel in falsa dogmata & cultus impios sese immergere, uentura gratia huc perinet & Abnegatio. Absat/ Verleumdung.

PERTINACIA IN ERRORIBVS, est falsa dogmata, seu cultus impios, pro ueris propagare, nec uel in iuramentis, uel poenis flecti, ut abijctas.

IURAMENTVM, est asseueratio de re possibili & licita, qua Deus compellatur testis, quod uera dicantur, & sic obligatio spontanea, ut Deus puniat si quis fallat Heb 6.

PERIURIA, sunt uiolationes Iuramentorum, siue praetextu aliquo asiue quassito, siue absque eo, in alterius fraudem ab damnum.

Iuramentum

DEFINIT: VIRTUTVM

IURAMENTA IMPIA ET INIUSTA SERVARE, est addere peccata peccatis.

PRÆDICATIO VERBI DEI, est doctrinam à Deo traditam, nempe, Legem & Evangelium, sine corruptelis purè, dextrè, fideliter docere, & falsa dogmata impiosq; cultus refutare, siue in Ecclesiastica functione, siue in Scholis, siue alibi, pro uocatione, Tit. I.

INCONSTANTIA IN RELIGIONE, est in doctrina Dei pro mutatione temporum & hominum, hinc inde nutare, & dicere hominibus placentia, honoris, fauoris, & commodorum gratia. Tales homines & Venturini, Eceboli, Arundines, mollibus uestiti, placentiloqui, & uentri colæ merito uocantur.

HÆRESIS, est ab articulis Fidei discessio, ac falsorum dogmatum pugnantium cum eis, pernitentia defensio Tit. 2. Distingui igitur debet in lapsu infirmitatis, ubi correctioni locus præbetur. August. Errare possum, hæreticus esse nolo.

CULTVS DEI, est opus mandatum à Deo, quod fit in Fide, ut Deus hac obedientia celebretur.

SVPERSTITIO, est timere, diligere, colere, obseruare aliquid, tanquam diuinum, efficax aut salutare, uel noxiū, cum abusu nominis Dei, contra

eius uerbum, & contra naturales causas, Vt: tribuere aquae lustrali uim pellendi Diabolum, igni consecrato uim arceudi fulmina, cera sacrae adscribere nomen Agnus Dei, & tribuere ei uim sanctificandi, & mirabilia efficiendi.

BLASPHEMIA, est opinio, uel sententia, uel dicta & facta, cum expresso uerbo Dei pugnantia, in contumeliam Dei manifestam & atrocem.

AD III. PRAECEPTUM.

SANCTIFICATIO SABBATHI, est festis diebus docere fideliter, & audire attentè ac discere Verbum Dei in cœtu publico, & coniungere suas preces ac laudes Dei cum alijs, & sacris meditationibus totum hunc diem transigere, & opera charitatis non omittere, ad honorem nostri creatoris, & sanctificationem hominum. Postea etiam huc pertinet Ecclesiae & Scholarum conseruatio.

PROFANATIO SABBATHI, est, non docere festis diebus pro uocatione Verbum Dei, sed ceremonijs tantum indulgere, uel falsa & superstuitosa tradere & exercere, uel negligenter docere, uel non frequentare cœtus ubi sacra do-

Etyma

DEFINIT: VIRTUTVM

Et rina tradere, & preces communes sunt, uel peregrinantibus animis interesse, & tantum ocio, fastus ac luxui eo die se se dedere, uel opera, iactas illas actiones impediendum, cura inenitabilem necessitatem, suscipere.

AD III. PRA. CE-

ptum.

DILECTIO PROXIMI, est amor in corde. quo alijs hominibus quibuscunq. omnis generis officia nobis possibilis in hac uita, amare, promp- te, ac fideliter, iuxta Dei precepta prestamus.

HONOS, est opus quarti precepti, quo parentum aut superiorum, aut aliorum excellentiam diuinitus ipsis tributam, aut dona & merita agnoscamus, eos recte ueneramus, & debita ei officia prestamus. Rom. 12.

PHILOSTORGIA, est coniunctos sibi naturaliter, aut matrimonio, aut aliqua ardua necessitudine, amore ardeni complecti, & officia ei debita cum suauis affectu prestare. Psalm 104.

CONTVMELIA IN ALIOS, est functiones, dona, merita, excellentias aliorum non agnoscere

agnoscere, uel floccifacere, nec eos iuste uenerari, sed potius dedecorare, nec debita eis officia prestare, sed uarijs modis nocere.

ASTORGIA, est naturalis affectus erga parentes, sanguine & meritis iunctos, exuere, & eorum cum amarulentia, debita officia subtrahere, uel nocere.

PROSOPOLEPSIA, est personis aequalibus, debita officia inaequaliter distribuere, uel econtra. Indebita uero officia, qui pro suo arbitrio inaequaliter uel aequaliter distribuit, non est prosopolepsia.

DISCIPLINA, est gubernatio morum in externa obedientia iuxta Decalogum, ac poena iusta delinquentium. Differunt autem disciplinae iuxta status hominum, in Ecclesia, politica, oeconomia, functionibus alijs.

INDVLGENTIA, est conuiuere ad uicia & peccata eorum, qui sub tua sunt disciplina, nec ea reprehendere aut legitime punire, cum exitio perulantium & aliorum. Blanda patrum segnes, fauores indulgentia natos.

TYRAN.

DEFINIT: VIRTUTVM

TYRANNIS, est contra leges nimis severe alios tractare aut punire, aut modum proportionis circumstantiarum, delictorum & hominum non observare.

AD V. PRÆCEPTVM.

HUMANITAS, est alios homines cum favore complecti, eosque officiis & honore iuxta Decalogum prosequi. Homo homini Deus.

COMITAS, est gestibus, verbis factisque humanitatem, facilitatem, suavitatem præ se ferre, ad alios iuvandos & ornandos. Opponitur autem morositati & inhumanitati.

VRBANITAS, est decorum in gestibus, dictis factisque observare, dignum homine literis aut disciplina exculcto. Opponitur autem Rusticitati.

MOROSITAS, est alios homines averse sari, aut asperè se erga eos gerere, nec eos officiis & honoribus iuvare atque ornare. *μισοσυνωσια.*

CRVDELITAS, est contra leges aut sine pietate alios tractare aut opprimere, & gaudere aliorum sanguine & interitu.

EPICHÆ

ET VITIORVM. 31

EPICHÆREKAKIA, est aliorum miseris gaudere, & insultare calamitosis falsis dictis & contumeliosis factis. Ut Semei. 2. Samu. 16.

INVIDIA, est vitium alijs non fauens dona Dei, honorem, excellentiam, successus, & calumnijs aut alijs machinationibus eis nocere cupiens. Invidia Siculi non inuenere tyranni, maius tormentum. Huc odia, simulates, & tenacitas offensionum, seu **IMPLACABILITAS** pertinet.

CONCORDIA, est congruentia voluntatum in rebus legitimis, & animorum consensus, mutua lenitate & offensionum condonatione, in rebus quæ articulos Fidei non euertunt, nec laedunt gloriam Dei, constans, propter priuatam & publicam tranquillitatem.

MANSVETUDO, est uirtus, in offensionibus iram refrenans, & multa condonans humane imbecillitati, propter communem tranquillitatem, ac cum lenitate ius suum exequens. Huc pertinet & **Longanimitas**.

IRACVNDIA, est offensionibus etiam leuibus mox accendi, & cupiditati uindictæ frena laxare dictis factisque. Iacob. 1. Ira uiri iustitiam Dei non operatur. Huc referenda & **PRÆCIPITANTIA**.

E CON

DEFINI: VIRTVTVM

CONTENTIOSITAS, est de rebus non necessarijs mouere lites, aut iustas transactiones rescindere, aut legitimo iudicio non acquiescere, aut declarationibus congruentibus pietati & ueritati, non concedere locum. *Zandtsucht.*

SEDITION, est in rebus pietatis aut politice rectis, ab alijs bene sentientibus discedere, ac suo scandalo alios perturbare, & mouere illicita, in detrimentum Ecclesie & politie. Huc **FACIO** pertinet.

VINDICTA MAGISTRATVM, est poena, quam Magistratus contra delinquentes exercent, iuxta leges. Rom. I 3.

PRIVATA VINDICTA, est poena, quam priuati exercent sine uocatione, & contra leges. Rom. I 3.

INIURIAE, sunt dicta factaq; contra ius, alios laedentia.

DEFENSIO, est iniuria sibi illata, legitima, ordinataq; a se & alijs propulsio.

FORTITUDO, est excellentia animi, qua iniuria quaedam tolerantur, absq; illegitima uindicta, & est defensio sui uel aliorum, uel iustitiae, uel executio poenarum, legitimo modo, singulari corporis

corpore robore, & cum egregia constantia.

TRIMIDITAS, est metu offensionum ac periculorum, pietatis & iustitiae patrocinium deserere, ac in defensione aut executione poenarum legitima, animi manus remittere, cum suo & aliorum damno. Vocatur & **PVSILLANIMITAS**, **TREPIDATIO**.

PATIENTIA, est obedire Deo in sustinendis aduersitatibus. Ita, ne à Deo deficiamus, uel ei irascamur, uel contra alia praecepta Dei faciamus, sed moderemur animi dolorem, & auxilium & mitigationem à Deo expectemus. Ex Antubesi autem **IMPATIENTIA** faciliè cognoscitur.

ZELVS, est affectus amore & ira mixtus, quo cor amat rem aliquam impensè, & irascitur ei, quae rem adamatam laedit aut tollit, & ardentè ulciscitur & propulsat contraria omnia quantum potest, modo tamen legitimo.

TEMERITAS, est sine uerbo Dei & sine uocatione, aut inconsulto, aliquid moliri aut agere, aut maiora uiribus conari, estq; exitiosa plerunq; licet interdum uideatur succedere. Vt, Navigare post Brumam in Oceano. Volitare in aëre, ut Icarus. Vocatur etiam **TENTATIO** Dei. **Thumkûn sein / frech / freuelhafftig sein / den hals waagen**. Discerni autem decet à motibus diuinis & heroicis.

DEFINIT: VIRTUTVM

AD VI. PRÆ-

ceptum.

CASTITAS, est donum Dei, quo puritas
mentis & corporis, cum voluntate Dei congruens,
retinetur, & vitantur omnes libidines à Deo prohibi-
bita. Ut in Baptista.

COELIBATVS PONTIFICIVS,
est uouere castitatem, & abiurare coniugium per
omnem uitam, sine peculiari Dei dono, tantum huma-
narum traditionum gratia, cuius fructus sunt, animæ
& corporis contaminationes. I. Timoth. 4.

ADULTERIA, sunt pollutiones cum alteri-
us coniuge. **FORNICATIONES**, cum
liberis personis. **STVPRÀ**, cum desponsatis que
nuptis. **INCOESTVS** cum personis sanguine
iunctis, in gradibus prohibitis.

SOBRIETAS, est temperantia in uictu
sanitatis, sanctitatis, & operum uocationis expedi-
endorum gratia.

EBRIETAS, est potus immodica ingurgita-
tio, turbans Rationem, debilitans corpus, inopiam
& damnationem adferens.

TEMPE

TEMPERANTIA, est moderatio cibi, potus, laborum & actionum, **NE QUID NI MIS**, propter sanitatem corporis, & ad multa incommoda precauenda.

AD VII. PRÆ-
ceptum.

INVOCATIO, est legitima ad certas & honestas operas adhibitio, quibus tibi & alijs proficit. Vult autem Deus unumquemq; in uocatione aliqua honesta uersari & laborare.

LABOR, est actio ingenij uel corporis, in uera Fide efficiens, quæ uocatio cuiusq; , aut necessitas non pugnant cum Lege Dei, exigunt, ad laudem Dei, & hominum utilitatem.

SEDVLITAS, est uirtus, opera uocationis suæ intelligens, eaq; fideliter & constanter perficiens.

PIGRITIA, est uicium opera uocationis suæ non considerans, & infideliter atq; remissè efficiens, cum suo & aliorum damno. **INFIDELITAS** uicium opera uocationis. Huc & **INERTIA** pertinet, hoc est, non esse idoneum ad aliquam uocationem. Item: **Otiū** est puluinar Satanae.

DEFINIT: VIRTUTVM

POLYPRAGMASYNE, est multa
movere, suscipere & agere prater uocationem, etiam
neglectione operum propria uocationis, estq; sem-
per infelix & damnosa.

PROPRIVM, Sunt bona mobilia & im-
mobilia, qua iure tenentur pro suis, uti mundanae
uitae seruientia. Distinctio possessionum, est iuris
diuini.

FVRTVM, est rei uel communis, uel priuae
& abalienatio contra leges, inuito Domino, in frau-
dem uel detrimentum proximi.

RAPINAE, sunt uel manifestae uolentiae,
uel fraudulentae abalienationes eorum qua sunt alte-
rius.

PECVLATVS, sunt rerum publicarum
seu bonorum, illegitima abalienationes.

SACRILEGIA, sunt rerum Deo conse-
cratarum, illegitima abalienationes.

PARSIMONIA, est ordine ac conueni-
enter res suas oeconomicas administrare, obseruando
inter sordes ac profusionem iustam mediocritatem,
& aliquid ad necessarios usus reseruare. Vulgo dici-
tur: Bonus Seruatus, facit bonum Bonifacium.

PRODICALITAS, est sumptibus non
necessarijs

necessarijs bona sua consumere, cuius quidem rei comes est egestas & dolor. Vocatur & PROFUSIO.

LIBERALITAS, est uirtus, egentibus de suis bonis opem ferens hilari corde, modo conueniente. Paulus inquit: Non alyis sit remissio, tibi autem afflictio, 2. Cor. 8. Vocatur & Beneficentia, Item ELEMOSYNA. Quando erga benè meritos exercetur, tum est quædam compensatio, & gratitudo.

TENACITAS, est absq; necessitate, nec sibi nec alyis, ex bonis temporalibus ordinatè benefacere. Vocatur & EVCLIONISMUS, SORDES.

AUTARKEIA, est esse contentum presentibus Dei donis, & acquiescere in eius uoluntate, nec impatentia illicitis modis contra Legem Dei, plura appetere.

AVARITIA, est cupido accumulandi operes per fas nefasq; absq; saturitate. Hinc & PLEONEXIA dicitur, & comparatur inferno.

VSVRA, est quicquid supra sortem exigitur, mutuationis gratia, estq; praxis quædam auaritiæ.

AD VIII. PRÆ-
ceptum.

DEFINI: VIRTVTVM

VERITAS, est congruentia cum re ipsa uel diuinitus insita, uel patrefacta, uel per institutionem, explorationem aut propriam experientiam cognita.

VERACITAS, est uirtus in omnibus sermonibus & uitae actionibus, ueritatem legitime & non oscitanter inquirens, & cognitam animose & constanter profitens, & falsa atq; praestigia auersans atq; detestans.

CANDOR, est uirtus ingenuè & aperte sensa animi proferens in confessionibus, iudicijs, contractibus, omnibusq; uitae negotijs, absq; adulatione & metu offensionis, & sine dolo malo, propter gloriam Dei, proximi utilitatem, & sui ipsius conscientiam. Opponitur autem candori **SIMULATIO**, aliud ore uel gestibus significans, & aliud corde sentiens. Fallacitas seu dolus malus, Perplexitas, Lubricitas, ἐποχὴ Academica.

STOLIDITAS, est uel non intelligere uerum, uel non serio inquirere, & falsitatibus temere applaudere, cum suo & aliorum malo. Dicitur & **Credulitas**, & habet praecipitantiam sociam, quam sequitur confusio & poenitentia.

MENDACIUM, est dictum non congruens cum ipsa re, siue sit praestigis conceditum, siue non.

CALV.

CALVMNIA, est peccatum, quo ea quæ iusta & recta sunt, malitiosa interpretatione depravantur, aut falsa crimina intentantur, in alterius fraudem ac detrimentum. Dicitur & *Caullatio*, *Verleumbdung*. Huc & *Sophistica* & *Sycophantia* spectant.

OBTRECTATIO, est alij absenti impingere facinora, aut rectè dicta factaq; criminari, in alterius incommodum. *Astterreden*.

IUDICIUM POLITICVM, est ordinatio Dei, qua iuxta leges, controuersia & facta, absq; *prosopolepsia* fideliter cognoscuntur & dirimuntur, & facinorosi debitis pœnis, loco ipsius Dei, seueriter afficiuntur, iustitiæ, disciplina, & tranquillitatis gratia. *Roma. I 3.*

Epitima, est moderatio summi iuris, propter probabiles causas.

MISERICORDIA, est affici aliorum calamitate, & legitimis officijs eos consolari & iuuare, & lenire pœnas ex probabili ratione.

Tyrannus supra definita est: Pag. 30. b.

TESTIMONIA VERA, sunt, de rebus rectè cognitis, iusta & legitima asseueratio, ueritatis causa facta.

E 5 Testimo

DEFINIT: VIRTVTVM

TESTIMONIA FALSA, sunt de rebus incognitis uel contra ueritatem testificari, ad alios fascinandos. Testis autem falsus, non erit impunitus. Prouerb. 19.

HVMILITAS, est agnoscere suas infirmitates & exigua dona, & in alijs maiora dona suspicere ac magnificare, & reuerenter se alijs subijcere, nec ultra uires, sineq; uocatione Dei quicquam moliri, sed in timore Domini & Fide opera uocationis propriae facere. **MODESTIA** est filia humilitatis, in uerbis factisq; modum debitum obseruans.

SVPERBIA, est elatio animi qua sese donis suis immodicè effert, & contemnit alios praese, multaq; dicit ac molitur fiducia suorum donorum, contra suam uocationem, contra Deum, & homines. Huc refer **IACTANTIAM**, **AMBITIONEM**, & similia.

GRAVITAS, est in dictis, factis & moribus seueritatem & constantiam, dignam tali uocatione & rebus ipsis (coniuncta tamen humanitate) prestare.

CONSTANTIA, est impijs, iustisq; rebus, animi sententiam profiteri & retinere, nec frangi

DEFINITIONES
ET VITIORVM. 56

frangi odijs aut incommodis, ad eam deserendam.

LEVITAS, est crebro mutare sententias ad aliorum uoluntates, & gestibus, uerbis, factisq; indecorè sese gerere, sui uentris gratia. Tales sunt parasiti, Gnathones, proditores, & ruidines, phormiones.

GLORIA, est testimonium propriae conscientiae, & aliorum rectè iudicantium, de uirtutibus & de pijs & honestis factis.

IGNOMINIA, est mala fama propter scelera, aut conatus susceptos supra uires, & non necessarios.

IUSTITIA COMMUTATIVA, est quae in contractibus obseruat ius & aequitatem.

IMPOSTURÆ, sunt in contractibus contra iusticiam dolosè agere uarijs modis.

AD IX. & X. PRÆ-
cepta.

AMICITIA, est coniunctio animorum cum quodam favore & fiducia, & communicatio honestorum officiorum mutua, quae in hac uita est necessaria.

HOSPI-

DEFINIT: VIRTVTVM

HOSPITALITAS, est peregrinis uel
notis, imprimis uero propter Euangelij confessionem
exulantibus, aut alioquin damno affectis, amanter
prospicere de hospitibus, eisque humanitatis officia
praestare.

CONCUPISCENTIA, est uitiosus
cordis motus, alterius bona uel personas, palam uel
insidiosè expetens, cum alterius damno.

IUSTITIA VNIVERSALIS, est
obedientia erga Legem Dei, & alias humanas cum
diuina congruentes, & ad se pertinentes. Hinc uo-
catur IUSTITIA LEGALIS.

IUSTITIA PARTICVLARIS est,
quæ suum cuiq; tribuit, ac pertinet ad secundam De-
calogi tabulam potissimum.

IUSTITIA DISTRIBUTIVA, sin-
gulis conuenientem locum, functionem, aut honorem
attribuit, proportionem Geometricam. Hac ad quar-
tum præceptum pertinet.

IUSTITIA COMMVTATIVA,
in contractibus æqualitatem seruat, proportionem
Arithmetica, ut dictum est. Hac ad 7. & 8. præ-
ceptum spectat.


Iustitia

IVSTITIA FIDEI, est remissio peccatorum coram Deo, & imputatio obedientiae & meriti Christi, per fidem in Christum, quem monstrat Euangelij promissio.

CONSCIEN TIA, est iudicium cordis, de recte aut secus factis, accusans tetra peccata, & ultiones Dei ex lege naturae denuncians, & stimulos terroris relinquens, licet aliquandiu premantur. In rectis autem factis acquiescens & letans.

FINIS.

LAVS DEO.



AVITATVMMOCATITVI

AVITATVMMOCATITVI

ORATIO
STVDIOSO.
RVM.

IESV Christe Fili Dei viui, qui propter me factus es homo, et ascendisti in cœlum, vt dona dares hominibus, te supplex oro, vt Spiritum sanctum, quem sanguine tuo miseris mortalibus peperisti, & paternè promisisti, ex misericordia mihi largiri digneris, qui meas tenebras illuminet, & in studijs literarum mihi benedicat, vt cœlestem & salutarem doctrinam à te patefactam, propter animæ meæ salutem, & Artes humanæ vitæ necessarias, rectè discam, & in totius vite meæ curriculo me gubernet, vt sim & maneam vas misericordiæ & organon salutare, te in hac & æterna vita celebrans.

A M E N.



ORATIO
STVDIOSO
RVM

IESU Christe Fili Dei vivi, qui pro
peccatis meis factus es homo, et ascendisti
in caelum, ut dona daret hominibus,
et superares eos, ut spiritum sanctum
et vitam sanguinis tui miseris mortalibus
propemodum patris promissisti, ex mi-
sericordia mihi largiri digneris, qui
in studiis tuis et in illis, et in studiis
meis tuis mihi benedicas, ut celestem
doctrinam a te habeam, et salutem
animae meae salutem, et salutem
animae humanae, ut necessarias, recte
dicam, et in totius vite meae curis
celo me gubernet, ut sim, et man-
eat, et vos, misericordiae, et organa
non salutare, et in hac
aeterna vita celebrans.

A M E N



[Confessio Augustana, deutsch]


1530

1530

1530







IN DER BIBLIOTHEK DER
UNSER GOTT WILIGENT



4
CORPVS
CVLVMDO-
CTRINÆ
SANCTÆ.

Pro Ecclesijs & Scholis in
Episcopatu Pome-
zaniensi.

Per

D. IOHANNEM
Wigandum Episcopum
Pomezanensem.

Regiomonti Borussiae, typis
Georgij Osterbergeri.
Anno 1576.

